

Et iste sunt excusationes in genere. **P** Sunt et alie excusationes in specie quibus se homines qui vocantur tripliciter excusant. Superbi se excusant propter sublimitatem diuinationis. Auari propter difficultatem terrene occupationis. Luxuriosi propter voluptatem carnalis voluptationis et delectationis. Et isti tres figurantur per illos tres quos enumerat hic euangelista. Quorum primus dixit. vllā emi et necesse habeo exire et videre illā rogo te habe me excusatū. Iste significat superbos qui per ambitionem terreni dominij amittunt gloriam celestis regni. Iste in sua excusatione bene fatuū fuisse se fateat. quia prius vllā se dicit emisse quod vidisset. Facilliter enim quilibet fallit quā illud emittit quod ab eo abscondit. Et certe si homo videret et consideraret quod est de dignitate dominij secularis illud non emeret vel raro. Primo enim videret illius sollicitudinem. de qua dicit Innocentius papa de vi. hu. cond. li. ij. c. xxvij. Sed esto ut sublimet quos in altū puehat ad summū statim cure succrescunt sollicitudines cumulant. extendunt ieiunia. vigilie pducunt ex quibus natura cor rumpit spiritus infirmat destruit somnus. amittit appetitus. debilitat corpus. virtus attenuat. et sic ipse in seipso deficientes non dimidiat dies suos. Sed miserabile vitā miserabiliorū sine cōcludit. Secūdo si consideraret sublimitatem diuinationis statim inueniret metis elationē. De qua dicit idem Innocentius. li. vbi supra. c. xxix. Statim ut superbus promotus est ad superbiam extollit in factantia et effrenat nec curat potest sed gloriā preesse. presumit se meliorem quā cernit se superiorē. Et subdit. vltimū extollit cernicē erigit. fastū ostendit. grandia loquitur. sublimia meditat subesse non potest posse moliri. Tertio videtur ipse breuitatem. Quia Ecclesiasticus. x. dicit. quia ois poteratus breuis vita. Quarto. si videret casus grauitatē. quia quāto gradus altior tanto casus grauior. Cecidit Petrus sed de infimo solo statim resurrexit. Cecidit dauid sed de plano. quia se in altum non exaltat. Iuxta illud psalmi. cxxx. Die non est exaltatū cor meū. Cecidit adā de alto quia de paradiso. ideo cum difficultate surrexit. Cecidit lucifer. scilicet de celo altissimo. is nunquam surrexit nec surgere potest. Secundo cum se excusando dixit. Iuga bouum emi quibus et eo probare ea. rogo te habe me excusatū. et hic figurat auaros qui in his se tantū occupant que precipue quibus sensibus qui intelligunt per quibus iuga bouum. Quia secundum Augustinum. Cuiuslibet sensus instrumenta combinant. **X** Duo enim sunt oculi due aures. duo nares. duo instrumenta gustus. lingua. et palatum. due manus. in quibus precipue patet tactus. Sicut et homines circa terrā versant. Sic sensus auari contine circa terrena delectant. et oculi videndo massas aurū magis delectant quā videndo in ecclesia corpus christi in aure etiam auari dulcior est aurū narratio quā verbi dei predicatio. Ideo dicit ambrosius. et ponit dist. xlvij. ca. Sicut hi. Mens auari semel vinculis cupiditatis astricta semper aurū sicut argentū videt semper redditus computat et gratias aurū quā solē intuet. Et similiter ostendit se esse fatuū in excusatione. quia prius debuit iuga probasse bouū quā emisse. Nam quia pericula que ex auaricia conueniunt videret vel probaret non utique eam ita studiose amaret. vbi nota aliqua sunt pericula et mala que facit cuiuslibet auaro ipsa iniqua auaricia. Primo quod inquinat amatores suos propter quod compa-

tur luto. Abachac. ij. Dis quo aggrauant contra se densum lutū. et Ecclesiasticus. xj. Si diues fueris non eris immunis a peccato. et Proverb. xxvij. Qui festinat ditari non erit innocens. Secundum periculū quod obliuione dei inducit. Qui dicit Gen. xlviij. Effraim et Manasses dicunt fuisse germani. Effraim interpretatur fructificans per quem intelligunt diuitie. Et manasses interpretatur obliuio quia abundantia diuitiarū et dei obliuio societatem habet ad inuicem. Tertium periculū quod possessores suos spoliat quia cor homini non relinquit. Vbi enim thesaurus tuus ibi et cor tuum Mat. vj. Multa enim pericula mala ponit Innocentius papa. liij. de vi. hu. cond. li. ij. c. ix. quod multos inquit seduxit cupiditas quod plures perdidit auaricia balaam a sella redarguit et pedem sedentis attriuit quia captus cupiditate permissorū disposuit maledicere israel. Achor populus lapidauit quod milit aurū et argentum de anathemate hiericho. Haborb interemptus est ut achab vineas obtineret. Giezi lepra perfudit quia recepit argentū et vestes sub nomine helisei. Judas se suspendit quia christum tradidit. Ananiam et saphiram subitanea mors extinxit. quia de pretio agri defraudauerat apostolum. hec ille. Si vis videre has historias vide eas in locis suis. Prima de Balaam ponit Nume. xxij. Secunda achor ponit Josue. vij. Tertia ponit. iij. Regū. xij. de Iesabel. Quarta de giezi. habet. iij. Reg. v. Quinta de Iuda Mat. xxvij. Sexta de anania ponit Act. v. **Y** Tertius qui excusando se dixit vxorē duxisse. et ideo non possum venire luxuriosos designat qui excusant se propter voluptates carnalis delectationis. Per vxorē vero intelligit voluptas carnalis. non enim coniugium per coniugium excludunt a cena licet aliqui retardant. quia dicit de sum. trini. et fide catho. firmiter. Non solū autem virgines et continentes verū etiam coniugati per fidem rectā et operationem bonā placentes deo ad eternā mereant beatitudinem peruenire. Idcirco ille dicit vxorē duxisse quod cum affectione tradidit se voluptati in qua viuere proponit. et tales ad cenā celestē venire non potest nec debet nec est dignus. Primo enim non potest. quia pedibus alligatus est per delectatōes que dicit mulier. Ecclesiasticus. vij. Inueni mulierē morte amariore quam laqus venatorū est. in cuius signū samson Iudith. xvj. In sinu dulle et fortissime ligatus est finibus philistinorū. Sic qui in voluptate quiescit fortiter sanibus peccatorū perstringit ut dicere possit cum psalmi. cxvij. Funes peccatorū circumplexi sunt me. Secundo venire non debet. quia fetidus est. Jobel. j. Cōpntuerūt iumenta in stercore suo. Super quo dicit Gregorius. Iumenta in stercore putrescere est homines in stercore luxurie vitas finire. Tertio venire non est dignus. quia sordida veste indutus est. Si enim indignus fuit stare in nuptijs que non habuit vestem nuptialem Mat. xxij. multominus est dignus que huius veste vitupalē. hi sunt qui se excusant a cena celesti. et qui tot sunt solo pauci veniunt licet multi se vocati. Ideo legitur Nume. xxxj. **Z** Ad de sedecim milibus aniabus hominum non cesserunt in partem domini nisi. xxxij. aie. Restat nunc videre que sunt excusationes punitiones. et sunt tres. Prima est segregatio a consortio beatorū. et hanc ponit dominus in fine euangelij dicens. Dico vobis quod nemo viroꝝ illorū qui vocati sunt gustabunt cenam meam. Secunda est substanti-

116